


dum qualitatem, vel quantitatem, & dicitur repugnans duarum propositionum, nam eadem enunciatio sibi ipsi non adversatur, dicitur utroque extremo participans, id est eodem subiecto, & eodem predicato, hanc namque sunt extrema propositionis, & eodem modo in utraque acceptis, ita quod non variatur terminum superpositio, appellatio, ampliatio, &c. sed in utraque sumantur pro eodem significato, re, & nomine, ut servetur terminorum univocatio cum eadem integritate, ne aliquis terminus ponatur in una, qui non fit in alia pro eodem loco, & tempore, ut docet Scot. 2. d. 1. q. 9. sub 8, ut in summa sola variatio fit in qualitate, aut quantitate propositionum, in ceteris sunt profus uniformes; dicitur eodem ordine, quia propositionum utroque extremo participantium, alia participant in verso ordine, ut homo est animal, animal est homo, alia eodem ordine, ita quod subiectum in una fit etiam subiectum in alia, & pariter predicatum unius fit quoque predicatum alterius, ut homo est animal, homo non est animal, & hoc secundum requiritur ad oppositionem, dicitur secundum qualitatem, vel quantitatem, &c. quia secundum affirmationem, & negationem, universalitatem, aut particularitatem repugnans propositionum attenditur.

69. Possunt autem quadrupliciter propositiones adinvicem repugnare, nam esse potest repugnans maxima, ita quod opponatur, & in quantitate, & in qualitate, & haec dicitur contradictoria oppositio, vel esse potest minima, ita quod in sola quantitate repugnet, in qua non datur rigorosa oppositio, & haec appellatur subalterna, vel medio modo repugnare possunt, scilicet in qualitate sola, in qua attenditur vera oppositio, in quantitate vero convenire, quae si fuerit universalis, dicitur oppositio contraria, si particularis, dicitur subcontraria: ex quo sequitur triplicem esse oppositionem, contradictoriam, contrariam, subcontrariam, & subalternam, quarum prima est maxima, ultima minima, aliae duae mediae, & singulae sunt explicandae cum suis regulis, & legibus. Ut autem tota haec doctrina de oppositione categoriarum simplicium à Thymulibus percipiatur subcriptam figuram solent illis proponere Summulistae.



Contradictoria oppositio est repugnans duarum propositionum in quantitate, & qualitate simul, ita quod una sit universalis affirmativa, & alia particularis negativa, ut omnis homo est albus, quidam homo non est albus, vel universalis negativa, & particularis affirmativa, ut nullus homo est albus, quidam homo est albus, ubi notandum cum Tat. tr. 1. hic de hinc contradictoriam oppositionem de subiecto communi; ideo licet istae Sortes currat, Sortes non currit, non sit universalis affirmativa, & particularis negativa, tamen sunt verae contradictoriae, & particularis affirmativa, & singularis negativa semper contradictoriae opponuntur, ut docet Arist. 1. Perih. cap. 5. Lex vero contradictorium indispensabilis est, quod non possunt simul verae esse, aut simul falsae, sed semper una est vera, altera falsa, & fundatur in illo generali, & irrefragabili principio, idem de eodem simul affirmari, & negari non posse, in propositionibus autem contradictoriis idem predicatum eodem modo comparatur ad idem subiectum in una affirmativae, in alia negativae, ergo impossibile est, utramque esse veram.

Dices, ista contradicunt alium, & non alium, & tamen homo, inquantum homo, nec est albus, nec non albus, ergo inter contradictoria dari potest medium. Resp. aliud esse loqui de terminis, aliud de propositionibus contradictoriis, nam inter terminos, seu contradictoria incomplexa, si sumantur cum aliqua diuina, ut probat argumentum, si tamen fiant propositiones dicendo, homo inquantum homo est albus, homo inquantum homo non est albus (sic enim formari debent, ut sint contradictoriae, ut quod affirmatur in una, negetur in alia) prima est vera, altera falsa, ita Doctor. 3. d. 2. q. 7. infra KK, & d. 4. q. 1. sub E, & d. 5. q. 1. sub L, & alibi saepe & male negat Cassi. cit. c. 7. praefatas propositiones esse contradictorias, licet enim istae non contradicant, homo inquantum homo est albus, homo inquantum homo non est albus, quia quod affirmatur in prima, non negatur in secunda,

da, & cum ipsa sit affirmativa de praedicto infinito, negationem praeposita copulae negat in secunda, quod affirmatur in prima, & ita constituit illam contradictoriam primam, nam illa affirmat albedinem esse de essentia hominis, quod ita directe negat, unde falsum est, quod ait Cassi. hanc secundam affirmare, carentiam, seu negationem albedinis esse de essentia hominis, quia haec secunda propositio est negativa de praedicto finito, ut autem affirmaret de homine carentiam albedinis deberet esse affirmativa de praedicto infinito hoc modo homo inquantum homo est non albus. Eadem causa male negat Arriaga disp. 2. num. 26. & Ovid. has esse contradictorias Petrus essentialiter est albus, Petrus essentialiter non est albus, ea fractus ratio, quia utraque falsum affirmat, prima albedinem esse de hominis essentia, & secunda negationem illius. Nam vera secunda propositio non est affirmativa, sed negativa eius, quod affirmatur in prima.

Observandum tamen est, meliorem modum contradicendi, ne deceptio contingat, esse, si in negativa propositione negatio non solum copulae praeporatur, verum etiam ad verbum, & cuiuscumque syncategorematici, quae si affirmativam afficitur, ita enim fiet, ut verum opponatur, & quidquid in una affirmatur, in alia negatur, nam de rege leonibus negatio solum negat, quae post se invenit, non quae ante se; haec de causa haec non contradicunt Petrus semper fuit, Petrus semper non fuit: cum possint simul esse falsae ex hypothesi, quod interduin fudeat; interduin non, quare potius sint contrariae, ut igitur contradicant, sic debent heri, Petrus semper fuit, Petrus non semper fuit, nam cum non semper aequivalet aliquando non, sicut non omnis aequivalet aliquis non, sensus secunde est Petrus aliquando non fuit, quae ideo opponitur primae, quae faciebat sensum universale quod tempus; & ideo nunquam esse possunt simul verae, vel falsae. Dices haec possunt esse simul verae, homo semper fuit, homo non semper fuit, si Petrus v. g. semper fudeat, & Paulus non semper fudeat. Resp. id verum esse, quia illae propositiones sunt subcontrariae, quia terminus est communis, qui in materia contingenti aequivalet particulari, ac proinde ambae verificari possunt, cum non sint de eodem subiecto; quod autem conditiones requirantur, ut duae propositiones invicem contradicant, vide Tat. lib. 1. Perih. qu. 3. dubit. 2. & alios Summulistas.

70. Contraria oppositio est repugnans duarum propositionum universalium in qualitate, ut omnis homo est albus, nullus homo est albus, & ad hanc spectant propositiones indefinitae, si sint in materia necessaria, aut impossibilibus, quia sic aequivalent universalibus, quae autem conditiones requirantur, ut duae sint contrariae, vide Tat. cit. dub. 1. Lex istarum est, quod in nulla materia possunt ambae simul esse verae, bene tamen simul falsae in materia contingenti, ut patet in alato exemplo: in materia vero necessaria, aut impossibili semper una est vera, & alia falsa, ut omnis homo est animal, nullus homo est animal; non possunt ambae simul esse verae, quia aliquo contradictoriae possunt esse simul verae, nam si duae alatae essent verae, etiam haec duae essent verae, omnis homo est animal, & aliquis homo non est animal, ex universalibus liquet negativa vera, nullus homo est animal, potest inferri particularis negans, aliquis homo non est animal, possunt esse simul falsae in materia contingenti, ideo quia ex falsitate propositionis universalis non recte inferitur in tali materia falsitas particularis, v. g. ex hac falsa omnis homo est albus, non sequitur hanc esse falsam aliquis homo est albus, quia praedicatum contingens potest convenire uni ex inferioribus subiecti, licet non omnibus: in necessaria vero, aut impossibili non possunt esse simul falsae, quia in his praedicatum omnibus convenit inferioribus, aut nulli. Sed dices, contradictoriae in nulla materia queunt esse simul verae, vel falsae, quia affirmativa totaliter per negativam removetur, sed hoc idem in contrariis evenit; quia haec propositio omnis homo est animal totaliter per hanc removetur, nullus homo est animal, & inter eas nullam relinquatur medium. Resp. affirmativam universalem ut sic, non removeri totaliter per negativam universalem, ut bene hic notatur Complut. nam inter omne, & nullum mediae verba habent, atque ita universalis affirmativa, & universalis negativa vere habent medium, interduin tamen ratione materiae, naturalis scilicet, vel impossibilis medium non admittitur, ut patet in exemplo alato in argumento, eadem enim ratione, quia verum est aliquem hominem esse animal, verum est etiam ratione materiae omnem hominem esse animal, hinc dicimus in materia impossibilis, vel naturali duas contrarias non posse esse simul falsas.

Subcontraria oppositio est repugnans duarum enunciarum particularium in qualitate, ut quidam homo est albus, quidam homo non est albus. Lex earum est, posse esse simul veras in materia contingenti; ut patet in alato exemplo: & ratio est, quia idem praedicatum non affirmatur, & negatur de eodem subiecto determinatum, aliter essent contradictoriae. Non possunt tamen simul esse falsae; aliqui sequeretur contradictoriae simul esse falsas, nam ex falsitate particularis recte inferretur falsitas universalis, eo enim ipso quod praedicatum removetur ab aliquo inferiori subiecto, non amplius convenit illi subiecto universaliter sumpto, ergo ex his duabus subcontrariis aliquis homo est albus, aliquis homo non est albus inferretur haec contradictoria simul falsae, omnis homo est albus, & aliquis homo non est albus, tum quia, ut affirmativa esset falsa, nullus homo deberet esse albus, & sic negativa tunc esset vera.

Subal-

Subalterna denique oppositio est repugnans duarum propositionum in sola quantitate, ut universalis affirmativa cum particulari affirmativa, vel universalis negativa cum particulari negativa; lex earum est, quod si universalis sit vera, particularis etiam vera; lex earum est, quod si universalis sit vera, particularis etiam vera; ratio est, quia ex universaliter vera potest inferri particulariter, non e contra, quia si praedicatum convenit omnibus inferioribus subiecti, convenit etiam alicui ex inferioribus, non tamen e contra, si convenit alicui, ergo omnibus; quia non valet aliquis homo est albus, ergo omnis homo est albus. Quod si haec est vera, quidam homo est animal, ergo omnis homo est animal, hoc non provenit ex parte formae, cum in simili forma detur antecedens verum, & consequens falsum, sed ex parte materiae, quia est necessaria. Deinde si particularis sit falsa, etiam universalis erit falsa, non tamen e contra, ratio est, quia si praedicatum removetur ab aliquo inferiori, jam non convenit omnibus, non tamen si removetur ab omnibus simul sumptis, ideo removetur ab aliquo determinato, quod si contingat interdum ex universalis falsae, sequi etiam particularem falsam; ut in hac, omnis homo est lapis, ergo quidam homo est lapis, id solum est ex parte materiae, quae est impossibilis, eadem enim ratione, quia impossibile est omnem hominem esse lapidem, eadem etiam impossibile est aliquem hominem esse lapidem.

71. Queres an omnes synchiticae oppositiones sint verae oppositiones? Resp. solum contradictoriam, & contrariam esse veras oppositiones, non autem subcontrariam, & subalternam, ita Tat. 1. Perih. quest. 4. §. Prima secundum, sequitur Fonseca lib. 3. dialect. in fit. cap. 6. Blanc. lib. 6. sect. 13. Arriaga disp. 2. num. 26. Amic. dub. 3. & alii quampures, & est expressa Arist. sententia. Perih. cap. 5. & 2. Priorum cap. 5. Ratio est, quia vera oppositio est eisdem de eodem, non nominis tantum, nec rei tantum, sed rei, & nominis simul, ergo quia subalternae non opponuntur secundum affirmationem, & negationem, & possunt ambae esse simul verae, & simul falsae, ut patet ex regulis earum, imò una illarum, scilicet universalis continet aliam, quae est particularis, qui enim aliter omnem hominem esse animal, consequenter aliter aliquem hominem esse animal: sanè non erunt verae, & in rigore oppositae. Et parum refert, quod una sit universalis, altera particularis, sed quia quantitas non datur vera oppositio, & quantitas maior minori non repugnat, quare subalternae dicit debent potius diversae quantitates, quam oppositae; unde, & contradictoriae ipsae non vere dicuntur opponi ratione quantitates universalis, & particularis, sed praecise ratione qualitatis, affirmationis nimirum, & negationis, falsitatis, & veritatis. Quae vero subcontrariae, licet sint affirmantes, vel negantes, non tamen sunt de uno, & eodem subiecto, secundum rem, sed tantum secundum vocem, aliquum non possent esse simul verae, cum de eodem subiecto non possent idem affirmari, & negari, ideo non sunt verae oppositae: unde quod dicitur quidam homo est albus, quidam homo non est albus; est idem subiectum in utraque tantum secundum vocem, non tamen secundum rem, quia in prima supponit v. g. pro Petro, qui est albus, & in alia pro alio scilicet Paulo qui non est albus, quod si supponerent pro eodem homine, tunc non erunt subcontrariae, sed contradictoriae propositiones, nam affirmatio, & negatio de subiecto singulari pertinet ad oppositionem contradictoriam, ut diximus, & faceret hunc sensum, hic homo est albus, hic homo non est albus: Ex quo sequitur duas tantum esse species oppositionis in rigore, scilicet contradictoriam, & contrariam, in his enim solum, quod una negat, altera affirmat, nihilominus Petrus Hipp. & ceteri omnes Summulistae inter oppositiones recensent etiam subcontrariam, & subalternam, eo quod interveniat ad sciendum figuram oppositorum, & quia suum oppositionem late pro quacumque diversitate, ut notat Cassi. cit. c. 7.

In fine observandum est, signa quantitatis propositionum, quae sunt quatuor, omnis, nullus, quidam, non, ex quibus duo priora sunt universalis, alia duo posteriora particularia, inter se habere omnes oppositiones, quae in enunciationibus reperiri valent, nam omnis, & nullus sunt notae contrariae, aliquis, & aliquis non, subcontrariae, omnis, & aliquis nullus, & aliquis non, sunt subalternae degum omnis, & aliquis nullus, & aliquis non, contradicentes; Ac etiam in signis mixtis est universalis, & particulari suo modo reperitur oppositio, quia enim alia sunt magis universalis, ut uterque, & neuter, alia magis particularia, ut alter, alter non, ideo uterque, & neuter opponuntur contrariae, neuter vero, & alter, & similiter uterque, & alter non contradictoriae, alter vero, & alter non, subcontrariae, denique uterque, & alter: aut neuter, & alter non subalternae opponuntur.

CAPUT VIII.

De Aequipollentia, & Conversione categoriarum simplicium.

72. Aequipollentia ad explicandas propositiones obscuriores in cervit, & dignoscendam unius propositionis ad alteram, cui aequivalet in significato, atque verbis sit diversa, consequentiam, & dicitur, quod si duarum propositionum oppositarum aequivalet, & Bellai Tom. 1. Logica.

valentia in significato ad negationem subiecti extra propriam, vel possessivam, vel oppositam, & possessivam simul, unde negatio est, quae propositiones oppositas reddit in sensu aequivalentes, cum enim sit malignantis nature, ut ajunt logici, & tollat quicquid post se invenit, hinc est, quod si invenit propositionem affirmativam; reddit negativam: si universalem reddit particularem, & e contra, dummodo neganter accipiat, & non infirmat, atque ita facit propositiones oppositas aequipollere, & diversimodè iuxta diversam dispositionem illius circa subiectum illam, nam praeposita facit uno modo aequipollere, & postposita facit aequipollere alio modo, & ideo ad dignoscendam variam propositionum aequipollentiam tres solent dari regulae hoc uno veru contenta. Praecontraria, Post contra, Praeposita subalter.

Praecontraria significat primam regulam, scilicet quod negatio praeposita subiecto propositionis, & illius signo, reddit illam suae contradictoriae equipollentem, ut haec omnis homo est albus sit aequipollens huic aliquis homo non est albus, si praepositas negationem, & si huic propositioni, aliquis homo non est albus, praepositas negationem dicendo, non aliquis homo non est albus, sit aequipollens suae contradictoriae, quae est, omnis homo est albus; ratio est, quia negatio, ut dicebamus, destruit omne, quod post se invenit, & oppositum ponit. Post contra significat secundam regulam, scilicet quod negatio postposita subiecto universalis facit illam aequipollentem suae contrariae, v. g. omnis homo est albus, si postpositas negationem subiecto dicendo, omnis homo non est albus, aequipollit suae contrariae, quae est, nullus homo est albus, & haec alia, nullus homo est albus, si subiecto postpositas negationem dicendo, nullus homo non est albus, aequivalet illi, omnis homo est albus; quae est suae contrariae. Praeposita subalter significat tertiam regulam, scilicet quod negatio praeposita, & postposita subiecto facit illam aequipollere subalternae, ut omnis homo est albus, si eius subiecto praepositas, & postpositas negationem dicendo, non omnis homo non est albus, aequipollit suae subalternae, quae est, quidam homo est albus, & haec rursus illi aequipollit, si eius subiecto praepositas, & postpositas negationem dicendo, non quidam homo non est albus; ut autem facilius aequipollentia propositionum dignoscatur, & memoria mandetur, notatum, seu signorum propositionis advertere debemus equipollentiam, quae his verbis continetur, nam illa ex illa dependet.

Non omnis, quidam non, omnis non, quasi nullus  
Non nullus, quidam, sed nullus non, valet omnis  
Non aliquis nullus, non quidam non, valet omnis  
Non alter, neuter, neuter non, praestat uterque.

73. Restat tamen adhuc difficultas de modo, quo subcontrariae fieri possunt aequipollentes, Cassilius c. 8. cum quibusdam aliis inquit pro aequipollentia subcontrariarum deservire posse regulam datam pro aequipollentia contrariarum, quod nimirum postponatur negatio: At si regulam illam applicemus, inutiliter esse patebit accipiamus v. g. has duas subcontrarias, quidam homo currit, quidam homo non currit, si negationem postponamus subiecto primae dicendo, quidam homo non currit, non erit aequipollens, sed penitus eadem cum sua subcontraria, si secundae postpositas negationem, neque ob id aequipollentiam cum prima adveniunt, sed fiet inutilis repetitio negationis dicendo quidam homo non currit, ergo negatio postposita inepta est pro equipollentia subcontrariarum. Sed neque valet praeposita, nam si praeporatur primae dicendo, non quidam homo currit; idem erit, quod nullus homo currit; si praeporatur secundae dicendo, non quidam homo non currit; idem erit, quod omnis homo currit. Neque tandem si praeporatur, & postponatur simul, nam si id fiat in prima dicendo, non quidam homo non currit, idem valet, quod omnis homo currit; si fiat in secunda, fit inutilis repetitio negationis, dicendo, non quidam homo non currit, ergo quocumque modo disposita negatio nequit facere subcontrarias aequipollentes; hac de causa Summulistae communiter negant aequipollentiam in subcontrariis reperiri posse, ita Scot. 1.3. sum. c. 4. Villalp. l. 2. c. 8. Jo. de S. Thom. cap. 18. Roccus lib. 1. c. 14. Nieron. & Pla. & alii.

Sed cum aequipollentia communitur inter proprietates propositionis enumeretur plane omnibus convenire debet, & potius entendum erit invenire modum applicandi unam ex istis allatis regulis pro aequipollentia subcontrariarum, quam absolute negare proprietatem hanc illis convenire; poterit igitur applicari secundae regula postponendo nimirum negationem, non adverbialiter, sed nominaliter scilicet nullam, ut advertit Fonseca. cit. c. 7. & sequitur Blanc. sect. 18. fin. subcontrariae affirmant v. g. quidam homo est albus pponas post eius subiectum negationem nullum faciet, hanc quidam homo nullum est albus haec autem aequipollit illi quidam homo non est albus, & si huic subcontrariae neganti postpositas negationem nullum dicendo, quidam homo non nullum est albus aequipollit affirmanti quidam homo est albus, quod si etiam postponeres negationem verbaliter hoc modo quidam homo non est non albus adhuc aequipollit affirmanti quidam homo est albus; atque ita per tres praefatas regulas habemus modum inveniendi aequipollentiam in omnibus propositionibus.

74. Queres, an propositio affirmativa de praedicto infinito equipollent negativae de praedicto finito, & e contra, ita quod ex una possit

B 4



CAPUT X.

De propositionibus exponibilibus, & insolubilibus.

Propositiones exponibiles dicuntur illae, quae ratione alicuius signi importantis sententiam obicitur pluribus propositionibus debent exponi & declarari, quia ratione illa dicuntur exponibiles, istae nomen est, sunt autem triplicis generis exclusivae, exceptivae, & reduplicativae secundum quod constant signis exclusivis, exceptivis, & reduplicativis, & quia ex horum signorum explicatio pendet propositionum exponibilium intelligentia, cum satis fuerit explicata tract. praeced. c. 12. modo de exponibilibus propositionibus nihil momenti superest declarandum, nisi cuius sint generis, nam scilicet, sit categorica, an potius hypothetica? Respondeo formaliter esse categoricas, sed virtualiter hypotheticas, quatenus exponitur per plures categoricas, quae faciunt unam hypotheticam copulativam, aut disiunctivam, aut conditionalem, vel causalem iuxta qualitatem propositionis exponibilis, nam v.g. exclusiva ut Petrus antium currit exponitur per hanc copulativam hypotheticam Petrus currit, & non illos alios currit, reduplicativa, ut homo inquantum rationalis est resiliens, exponitur per hanc hypotheticam causalem quia homo est rationalis, est resiliens, & sic de ceteris dicuntur ergo virtualiter hypotheticae, eo quia virtute continent hypotheticam, & ei aequivalent in significando. Tatar. tamen tr. 2. com. 1. §. secunda sciendum contendit exponibiles non aequivalere hypotheticis in significando, sed tantum in inferendo.

82. A signatur etiam in istis oppositis contraria, subcontraria, contradictoria, & subalterna quarum figuram, vel rotulum (ut vocant) contextum afferunt Tatar. tr. cit. Cassi. lib. 2. append. c. 1. & alii Summulite sed gravis est difficultas de structura contradictoria: sunt enim in exclusiva has invicem contradicere tantum Petrus currit, non tantum Petrus currit, quod non videtur bene dictum; cum amba possint esse falsae ex hypothesi, quod non currat, sic enim falsa est prima, et de se patet, item, & secunda, quia ex hypothesi nec solas currit, nec cum aliis associatur. Sic etiam istae duae sunt falsae Tantiom Deus est malus, non tantum Deus est malus, quia ista fit resolutio Deus est malus, & aliquid alius prater Deum est malus. Respondet Summulite in his propositionibus semper secundam esse veram, nam illa non tantum Petrus currit ita exponitur, si tamen alii currant, verum est dicere non tantum Petrus currit: unde de rigore sermonis concedunt etiam illam, ut veram, non tantum Deus est malus; Ratio autem, cur ita resolvantur, debent esse negativae, est, quia propositioni copulativae contradicere debet per disiunctivam de partibus contradicentibus, id est si partes copulativae sint affirmativae, partes disiunctivae esse debent negativae, si autem copulativa sit de una affirmativa, & altera negativa, prima pars disiunctivae erit negativa, altera affirmativa, & ideo cum in casu illa exclusiva tantum Petrus currit, aequivalet huic copulativae, & Petrus currit, & non alius currit, illi bene contradicere dicitur, & Petrus non currit, vel aliquid alius currit. Verum doctrina haec multum displicet Hurad. disp. 4. Summ. sed. 14. & Arriag. §. 8. qui nullo modo volunt illa admittere non tantum Deus est malus, & volunt debere resolvit, ut aequivalet copulativae in argumento allatae, quare concludunt illas propositiones esse contrarias tantum, atque ideo esse simul falsas, cur autem sint contrariae potius, quam contradictoriae, ipsi declarare conantur, sed quia lis est de nomine, & modo loquendi, non ultra prosequimur, teneas, quod magis placet.

83. Propositiones insolubiles dicuntur, quae nullo modo exponi possunt, ut in aliquo sensu veritatem habeant, quia ipsamet se falsificat, ac suam desinunt veritatem, hoc autem toties contingit, quoties ex ipsamet verificatione propositionis, id est, quod ista sit, ut per ipsam significatur, sequitur, quod sit falsa, ut si dicatur, nulla propositio est negativa, nam ex eo, quod ita sit, ut per ipsam enuncietur, sequitur, quod sit falsa, ut Tatar. tract. insolub. §. sequitur de veritate, ubi propositiones seipsas falsificantes at esse duplices generis, quaedam enim seipsas per se, & immediate falsificant, & nullo casu posito, ut allatae, quaedam per accidens solum, postquam nimirum aliquo casu, quae alias in se possunt esse verae, quod declaratur exemplo, supponamus Petrum convenisse cum Paulo de dante illi equo, si prima propositio, quam ipse Paulus protulerit, si vera, & quod prima propositio prolata a Paulo sit haec, Petrus non dabit mihi equum, haec propositio, quae alias posset esse vera, seipsam falsificat ex casu posito, quia conventio procedere non potest de propositione, quae sit destructiva patri, quia lis est allata.

Quaeres, cuius generis sint propositiones insolubiles, an categoricae, vel potius hypotheticae? Videatur Tat. cit. ubi solvit hoc quaesitum, & multa dicit curiosa de insolubilibus, quae quia non sunt admodum necessaria, dimittimus; hoc solum est advertendum, quod propositiones insolubiles quocumque modo se falsificant, sunt simpliciter falsae, quia licet habeant verificationem, & ita sit, ut per illas enuncietur, quia tamen ex hoc ipso statim falsae redduntur, non potest verificatio illa dici veritas simpliciter, & absolute, sed potius falsitas, quia ex vero simpliciter nunquam sequitur falsum ex dicendis tract. seq. c. 3.

TRACTATUS III.

De Argumentatione, & ejus affectionibus.

CAP. I.

Quid, & quotuplex sit argumentatio.

85. Hic supponendum est ex lib. de anim. triplicem esse intellectus operationem, prima est simplex rerum apprehensio, quia nimirum res apprehendimus nihil de illis affirmando, vel negando, sicut oculis corporeis nihil affirmat, vel negat de colore, quem videt, secunda vocatur compositio, & divisio, & communi nomine iudicium, quia per eam intellectus iudicat de re componendo, aut dividendo, id est affirmando, & negando aliquid de ipsa, ut cum cognita hominis natura iudicat ipsum animal, & non esse lapidem. Tertia vocatur discursus, seu argumentatio, & ratiocinatio, per quam, scilicet intellectus progreditur a cognitione unius ad cognitionem alterius, ut cum cognoscit hominem esse animal, & ex hoc infert, quod est substantia. Quartus igitur vocalis, aut scriptus, quae huic duplici cognitioni subordinatur, quorum una inferitur ex alia, vocatur discursus, & argumentatio, & ideo definitur, quod fit, oratio, in qua unum ex alio deducitur, unde colligitur tria ad argumentationem convenire, antecedens, quod est illa propositio, ex qua alia sequitur, & consequens, quod est illa propositio, quae sequitur, & vocatur illationis, qualis est particula ergo, vel igitur, aut alia similis, per quam denotatur esse conexum consequens cum antecedente, ut v.g. Sol est ergo dies est.

Ex quo patet consequens a consequentia valde differre, nam consequens est propositio, quae sequitur post notam illationis, consequentia est illatio illius, seu habitudo antecedentis ad consequens, unde cum optima consequentia foret potest falsitas consequentis, ut si dicatur homo est asinus, ergo homo est irrationalis. Et hinc est, quod diversae habent quoque differentias divivias, nam consequens dividitur in verum, & falsum, non sic consequentia, sed in bonam, & malam, ratio est, quia consequentia non est propositio, ad quam solum pertinet verum, & falsum, quia affirmat, aut negat, sed est connectio illativa propositionum, ad quam pertinet debita dispositio, & conveniens connectio, conveniens autem, & inconveniens faciunt bonum, vel malum, non verum, aut falsum, Consequentia bona est, in qua unum ex alio redde inferitur, ut Petrus est homo, ergo est animal, mala, & vitiosa est contra est, cum unum ex alio non red inferatur, ut Petrus est homo, ergo dies est, unde verum, & univocum non est consequentia, ut notat Tat. tract. 6. com. 1. §. 170 sciendum, cum de facto in ipsa unum ex altera non inferatur, sed solum apparet, & aequivoce, quatenus duplici constat enunciatione, & nota consequentia.

86. Duplex est argumentatio, recta, & vitiosa, recta est, quae bonam continet consequentiam, vitiosa, quae malam, & ideo fit mala consequentia absolute consequentia non est dicenda, si vitiosa argumentatio nuncupari nequit i. priorum c. 8. & c. 1. Elench. c. 1. Rursus argumentatio bona, quae veram inferit, duplex est, materialis, & est illa, quae consequentiam materiam continet, & formalis, quae nimirum continet consequentiam formalem: Consequentia materialis est, quae universaliter non tenet, sed hic, & nunc tantum ratione materiae, in qua fit, seu ratione terminorum, ex quibus argumentatio constat, v. g. haec consequentia. Omnis homo est animal, resiliens, ergo omne animal resiliens est homo, non tenet, gratia formae, haec enim eadem dispositio argumentationis alteri materiae applicata non inferit conclusionem, ut v. g. omnis homo est vivens sentiens, ergo omne vivens sentiens est homo: sed tenet tantum gratia materiae, quia nimirum fit in terminis convertibilibus. Consequentia formalis est, quae universaliter tenet in quacumque materia, etiam falsa, quae consequens inferitur ex antecedenti gratia formae, id est ratione dispositionis extremorum, taliter ut eadem dispositio applicata cuicumque materiae inferat conclusionem, ut omne animal est substantia, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia, haec enim eadem dispositio applicata cuicumque materiae etiam impossibili conclusionem inferit, ut v. g. omne animal est lapis, omnis homo est animal, ergo omnis homo est lapis: unde regula generalis est, quod quando servata eadem forma in alia materia non habetur vera conclusio, talis consequentia non est formalis, ita communiter exponunt Summulite consequentiam materiam, & formalem, praesertim Tat. tract. 4. declarando quatuor modos primae figurae, iuxta quam expositionem volunt quae plures solum syllogisticae nomen negari potest consequentia, ceteras vero argumentationes esse materiales, ita Ponc. c. 17. unde Tat. cit. inquit, quod nulla consequentia praesens tenens per locum dialecticum est formalis consequentia, & sic argumentatio ista, omnis homo est animal, ergo quidam homo est animal, tenet per consequentiam materiam.

Verum tantus rigor non placet, nec necessarius est, immo, secundum communem usum loquendi tunc aliqua censetur esse consequentia formalis, quando innititur medio ex se directo, & universaliter consequentiam inferenti, quomodocumque termini disponantur, & illa censetur materialis, quae innititur medio habenti vim inferendi non ex se, sed praesens ex subiecta materia, in qua arguitur, & acceptio ista consequentiae materialis, & formalis ab omni-

omnibus recipitur Theologis, dum p. p. disputant, an ex omnipotentia Dei consequentia formalis inferatur immetentitas, quasi nimirum omnipotentia medium ex se praesens abstrahendo a natura infinita, ubi reperitur, valens inferre immetentiam, & plane consequentia illa ab universalis ad particularem dicere, quod solum fit materialis, videtur irrationabile prolium, quavis enim ex particulari non liceat inferre universale, nisi in materia necessaria, ut verb. grat. quidam homo est animal, ergo omnis homo est animal, & ideo haec consequentia fit vera materialis; tamen est contra ex veritate universalis, aut falsitate inferre particularem valet in quacumque materia ratione subalternationis propositionis particularis ad universalem; ita sentit Sot. lib. 6. cap. 1. de syllogismo lect. 2. ubi ait omnem consequentiam tenentem per locum dialecticum esse formalem.

Demum argumentatio rursus duplex est, alia illativa solum, alia illativa, & probativa simul, prima est, quae solum habet vim inferendi, non sed probandi, quia vel consequitur in terminis non significantibus, aut in materia falsa, ubi non concludit nisi ratione formae, vel si fit in materia vera, tamen antecedens non est notius consequens, in cuius defectu antecedens non habet vim probandi consequens, est ratione conexione necessariae cum illo habet vim illud inferendi. Illativa vero, & probativa simul est, quae habet vim inferendi, vel ratione formae, vel saltem materiae conexae, ac etiam habet vim probandi, quia una propositio est notior alia, ac proinde ex notitia illius bene deducitur notitia alterius, ut cum ex definitione conclusum definitum, aut passionem de definito monstramus: Solet etiam argumentatio dividi ex parte notae illationis in causalem, conditionalem, & rationalem, nam tota illationis esse potest, quia fit, aut ergo, quae divisio facile intelligitur recurriendo ad dicta cap. 6. praec. tract. de propositione hypothetica.

CAPUT II.

De speciebus argumentationis.

87. Quatuor solent assignari argumentationis species ex Arist. 2. Priorum cap. 29. & deinceps; Exemplum, Inductio, Syllogismus, ac Enthymema: Exemplum est argumentatio, quae aliquod singulare probamus ex uno, aut paucis similibus, ut Deus pepercit Ninivitis penitentibus, ergo, & nobis parcat, si penitentiam egerimus: unde medium, cui innititur tota vis exempli ad concludendum, est similitudo singularium: hinc Tatar. tract. 5. explicans hanc speciem argumentationis advertit, quod exemplum non est bona consequentia, nec probativa, nisi in antecedente, & consequente sunt divites, quia non exprimitur terminus similitudinis, ob quem antecedens est verum, scilicet propter portum maris i. Delphinus tamen auti sufficere, si subaudiatur; dicitur autem exemplum probari aliquod singulare, quia licet interdum confirmetur aliquod universale, tamen ex sua natura ordinatur ad confirmandum singulare, & inter omnes argumentationis species haec est debillior, quia solum tenet per modum similitudinis, modo talis argumentatio multis claudicat, ut notat Tatar. 2. Priorum in fine, & ideo haec species potius ad Rhetores spectat, quam ad logicos.

Inductio, ut colligitur ex Arist. 1. Top. cap. 10. & 8. Top. cap. 2. & 2. Priorum cap. 33. est progressio a singularibus sufficienter enumeratis ad universale, verb. grat. hic ignis comburit, & ille comburit, & ita pariter se habent caeteri ignes, ergo omnis ignis comburit; unde observandum est debere fieri progressum ab omnibus singularibus, quae si facile enumerari non possint, addenda est illa particula, & sic de caeteris, vel alia similibus, quae particula si negatur, petenda est ab Adversario infantia, ut Arist. docet 8. Top. cap. 2. quam si dederit, inductio erit firma, & constans argumentatio, & de causa ex recentioribus quamplures negant inductioem esse formalem argumentationem, de quo postea: Ex quo patet, inductioem non esse proprie speciem argumentationis ab exemplo distindam, sed differre tantum penes perfectum, & imperfectum, nam inductio ex pluribus particularibus procedit ad universale, a qua perfectione deficit exemplum, quod ex debilitate antecedentis singularis solum colligit aliud singulare, cum tamen si adderetur alia, etiam universale colligeret, haeeret perfecta inductio, & haec fuit Aristot. sententia 1. Post. capit. 1. ubi exempla appellat inductioem imperfectas; sed quia de inductioe 4. specialis erit sermo, ad alias species transivimus.

Syllogismus est argumentatio tribus propositionibus constans, quarum tertia sequitur ex duabus primis, prima dicitur major, secunda minor, tertia conclusio, de quo postea agemus ex professo. Enthymema est argumentatio duabus constans propositionibus, quarum una ex alia inferitur, ut Deus est bonus, ergo est amandus, cui si addas propositionem. Omne bonum est amandum, efficiet integrum syllogismus: ex quo col-

ligitur Enthymema esse syllogismus truncatum, & imperfectum, ut ait Arist. 2. Priorum cap. 27. & ideo a Syllogismo specie non differre.

Addunt quidam speciem aliam argumentationis, quae dicitur Dilemma, & dicitur argumentatio bicornis, eo quia duas continet partes, ita dispositas, ut necessario cogatur respondens aliquid contra se admittere, vel negare, ut si quis asserat tamquam verum se per totam horam elapsam in foro fuisse, nec ibi hiftrionem vidisse, & alius ita eum impugnet, vel eras in foro hora iam elapsa, vel non eras, si primum, ergo mentiris dicendo tunc non vidisse hiftrionem, qui tali hora venit in forum, si secundum, mentiris adhuc dicendo te tota illa hora in foro permanisse, atque ita ex concessione, vel negatione cuiuslibet partis responso convincitur mendacii; Sed re vera talis argumentatio non est ab enumeratis specie diversa, cum in Syllogismo formari possit si pro minori addas, sed nequam dici potest, & potest etiam formari in enthymema, si placet, imo ut notat Cassi. in proliis, ad Summ. cap. 2. Dilemma non est revera una argumentatio, sed duplex pro duplici parte, quam impugnat, ut in exemplo allato experimentum fieri potest, & re vera est species syllogismi hypothetici ex disiunctivis, ex dicendis cap. 11.

88. Quaeres, an enumeratae argumentationes sint propriae species, & ab invicem essentialiter distinctae? Affirmat Masius 1. Priorum quaest. 5. & Lemos ab eo relatus, & videtur fuisse opinio Tatar. cit. Compl. verb. lib. 3. cap. 1. quos sequitur Joan. de S. Thom. lib. 2. cap. 5. & lib. 3. cap. 2. volunt in rigore loquendo duas tantam esse species argumentationis, scilicet syllogismus, & inductioem, ab his vero enthymema, & exemplum solum distingui, ut perfectum, & imperfectum, sed in rigore loqui velimas, potius ob eandem rationem dicendum est, neque inductioem constituitur speciem essentialiter a syllogismo distindam, quia tam enthymema, quam exemplum, & inductio ad syllogismus reducitur, ut argumentationes imperfectae ad perfectam, ut Arist. docet ex professo 2. Priorum c. 22. & cum eo caeteri ferre omnes, & quidem de enthymemate res est per se clara; exemplum vero reducitur ad syllogismus accipiendo terminum importentem similitudinem pro medio, & praedicatum conclusionis pro maiori extremitate, & subiectum pro minori extremitate, & sic exemplum iam positum reducitur, omnes habentes portum maris sunt divites, Veneti habent portum maris, ut Janneus, ergo sunt divites, ut illi; Inductio vero reducitur, accipiendo singularia, pro medio, & praedicatum conclusionis pro maiori extremitate, & subiectum pro minori extremitate, ut hoc sortes currit, Plato currit, & sic de alio, & sic de alio, ergo omnis homo currit, sic fieri redactionem exempli, & inductioem ad syllogismus docet Tatar. cit. tract. 5. licet ibidem, ut suam defendat opinionem, dicat hoc non tollere, quin sint species distinctae a Syllogismo, quia unam argumentationem reduci ad aliam non est ipsam fieri aliam, sed esse ipsam probari per aliam perfectionem argumentationem; Sed id est minus recte dictum, quia re vera talis redactio demonstrat exemplum, inductioem, ac Enthymema esse imperfectos syllogismos, quare sicut homo, cui manus, vel brachium deficit, specie non dicitur differre ab homine integro, sic neque argumentationes istae a syllogismo, & hic modus dicendi requeitur est, quem sequitur Faber in Philosoph. Theor. 1. Averta q. 25. sect. 5. & alii passim.

At obiciunt Compl. & Joan. de S. Th. quod syllogismus, & inductio sint species argumentationis essentialiter distinctae, tum quia modus procedendi utriusque est essentialiter diversus, nam syllogismus procedit a toto ad partes, seu ab universalioribus ad particularia, & a notis natura ad nota nobis, inductio vero procedit modo opposito, tum quia vis concludendi utriusque est essentialiter diversa, nam tota vis syllogismi consistit in unione duorum in uno tertio, quod in praemissis assumitur, ut medium, unde postea in conclusione inferitur uno eorum inter se; vis autem concludendi in inductioe non pendet ex unione extremorum in tertio, sed ex pluribus singularibus sufficienter enumeratis inferit universaliter sic fieri in omnibus, quas duas essentialiter differentias insinuat Arist. 2. Priorum c. 23. illis verbis: Quodammodo opponitur inductio syllogismo, hic enim per medium probat extremum de tertio, illa vero per tertium probat extremum de medio natura igitur prior, & notior est syllogismus, qui fit per medium, nobis vero evidentior est, qui fit per inductioem, cum ergo ex Arist. syllogismus, & inductio habeant formas argumentationis essentialiter diversas, erunt consequenter argumentationes essentialiter specie diversa.

Resp. ly quodammodo satis ostendere illas duas differentias ab Arist. cit. insinuat inter inductioem, & syllogismus essentialiter non esse, sed merè accidentales, & materiales, & quidem primam differentiam ex vario modo procedendi peritam ab universalibus ad singularia, aut contra, etiam insinuat Compl. c. 2. fatentur esse accidentalem, quia, & syllogismus procedere potest a particularibus ad universalis, & inductio contra, quia ad unum secundum ipsos pertinet tam ascensus, quam descensus, caeterum quia in syllogismo frequentius utimur in medio superio-